

*Prope Romam rep. ad viam Praenestinam (VI 33904, 33905 vedit Zange-meister). Buecheler carm. epigr. n. 1251, 105. Carmina ab Alexandri Severi vel Gordiani aetate non abhorrente putat Buecheler. — 1) Carmina lineola interiecta dirimuntur ab iis quae praecedunt in lapide et ab iis quae sequuntur. — 2) Ser. parenti.*

---

**7774** d. m. s. | Q. Publicius Aemilianus rhetor nationem Afer, | vixit an. | XLVII menses | VIII dies VII horas noctis V.

*Prope Salonas rep. (III 2127<sup>a</sup> cf. p. 1509 Mommsen vedit ectypum).*

**7775** L. Acutio | Artemidori f. Truphoni | rhetori, | Cecrops, Amphio | liberti.

*Pisauri (XI 6592 vedit Bormann).*

*Flavius Magnus vir clarissimus, rhetor urbis aeternae, supra N. 2951. — Alii rhetores VI 9857. XIV 4201.*

---

**7776** Q. Aelio | Egrilio | Euareto | philosopho, | amico Salvi | Iuliani<sup>1</sup>, Aelia | Timoclia uxor | cum filis.

*Wesseling (inter Bonnam et Coloniam) ad Rhenum, rep., est Bonnae (Brambach 449 qui vedit). — 1) Intellegitur Salvius Julianus celeber iuris consultus, quem Germaniae inferiori praefuisse nuper docuit titulus eius Africanus, quem infra dabimus inter Additamenta.*

---

**7777** Ti. Claudio | Paullino | philosopho hero<sup>1</sup>.

*Antiochiae Pisidiae (III 502. III S. 6880 descr. Sterrett). — 1) Fortasse: ἡρωι.*

**7778** d. m. s. | Iulio Iuliano | viro magno, philosopho (sic) primo. | Hic cum lauru (sic) se|ret Romanis iam | relevatis, | reclu|sus castris inpi|a morte perit<sup>1</sup>.

*Prope urbem ad viam Latinam rep. (VI 9785 vedit Kiessling). Buecheler carm. epigr. n. 4542. — 1) Captus et occisus esse videtur, cum Romanis obsidione liberatis extra urbem processisset ad laurum petendam victoriae celebrandae causa, fortasse obsidione Galerii a. p. Chr. 507 (de mortibus pers. 27; anon. Vales. c. 7; Victor Caes. 40, 8. 9. 16; Zosim. 2, 10) (Momms.).*

**7779** C. Tutilio Hostiliano | philosopho | Stoico, | domo Cortona, | patri optimo, | C. Tutilius Iustinus | filius, | Tutilia Quinta, Tutilia Quarta | filiae.

*Rome (VI 9785 vedit Henzen). — Alius philosophus Stoicus VI 9784. Ficticius est titulus L. Junii Rustici (vel Fuffici) philosophi stoici Orell. 4190 = C. I. L. VI 3, 2155\* (quem non recte tuerit Studniczka Festschrift für O. Hirschfeld p. 413 seq.).*

**7780** Εὐκρατίδας Πεισιδάμον | Ρόδιος, | φιλόσοφος Ἐπικούρειος, | τὸν τόπον τῆς Βρενδεστίων<sup>1</sup> βουλῆς | εἰς ταφὴν ψηφισαμένης. | Eucratidas Pisidami f. Rhodius, | philosophus Epicurius. | L. p. d. d. d.<sup>2</sup>

*Brundisii (IX 48 Inscr. Gr. Sicil. 674 ter ut videtur descripta saec. XVI).* —